

Bibliothèque numérique

medic@

**Regnier, Pierre - candidat / Courtois,
Paul - président. - An bona Cerebri
temperies princeps somni causa**

1645.

Paris

Cote : ms 77 n°938

DEO OPTIMO MAXIMO VNI ET TRINO, VIRGINI DEIPARÆ,
ET SANCTO LVCE ORTHODOXORVM MEDICORVM PATRONO.

QVÆSTIO MEDICA.

QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA
IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXVI. IANVARII,
M. PAVLO COVRTOIS, Doctore Medico, Moderatore.

An bona Cerebri temperies princeps somni causa?

SOMNVS est placida corporis & animi quies, recreandis viribus à natura concessa, quæ caret nulla potest animans quantumvis imperfecta sit. Homines decet patior somnus, ut si miser sit, qui à somno deseruit; longe miserior sit qui obtinuit: nam qui dormit nullus est precii. Hinc sapienter ne Endymionis quidem somnum optare debet, sed potius Aristotelis. Cæterum autem & ferè aut à morbo, aut à medicamento prebescitur: sola bona cerebri temperies autor somni habenda est, quemadmodum & vigiliarum: ac veluti soporatos somnum inire nemo rectè dixerit, sic ne dentur vigilare. In aliis animantibus sentire satis est ad vigilas: homini verò expedit ut site vigilet, hanc vim animi, quæ reliquis preest animantibus, excubare alacrem grauis est morbus dormire

SOMNVM multa solent adiungere, vna res perit. Vehementior exercitatio, cibis ingessu, tenebræ, otium & desidia ad somnum ducunt: sed non vel exercitii, vel qui cibum sumere, vel obscuro & tenebricoso loco conclusi, vel desiderii & quasi omnes dormiunt. Valeat cerebrum oportet, ut obtepat somnus. Quod sit igitur somnus? exhaustum spiritibus vigilando cerebrum, illis egere se sentit, si solutio, quam somnum appellamus, cum nature consilio occidit sunt animi foris spiritibus. Coerciti autem interiore cerebro spiritus, vacationem ab omni munere non obtinent. Nam quamvis ledere, parandis in somno laboratur, per quem quicquid superest in cerebro spirituum, nouis eadem spiritibus, in vnam quasi officinam cerebri compressione cogitur, ut tam momento desiliat, & quasi ex botis hoc opus: sed ei consimile, quod in iectore & corde fit, dum suos vtrumque spiritus; quamquam id præstantes, quod nobiliores ipsam artifices moluntur.

SINGVLIS insensit Natura partibus propriam quandam suam utilitatem noticiam, ut earum appetitum moueretur cum desent: quin etiam illis partibus, quæ suam vniuersi corpori impendunt operam, addidit peculiarem ex profuturo aliis labore delicias, ut sibi non minus, quam illis. Consulto videtur, dum res appetunt sibi lucundas, aliis viles & necessarias: sed nulla pars, quid sibi ex usu sit, nisi bene temperata nouit. Sic ventriculus, nisi perbellè habeat, quod edidit sibi, non satis percipit: neque saltem ciborum concoctioni, sed etiam desiderio bona temperies queritur. Intemperatum itur ea damna, quemadmodum omnes illic obueniant à bona temperie opes & facultates: in omnibus enim partibus quas Natura regit, bonæ temperiei omnes acceptæ ferendæ sunt actiones: quin ipsa natura melius ex partes sua munia obeant, quæ ex intemperie laborant minus.

CEREBRVM viscus est naturali temperie inter adipem medullamque spinalem medium, cuius caro, assufo penè fluida est, quæ oculis saltem & telis araneum similibus filamentis coarctetur: horum opera, exinanitum spiritibus cerebrum contrahitur egestatis suæ bene conscium. Atque hanc inopiam percipit in bona temperie quæ tum maxime laudatur, cum reliqui corporis temperamento sic congruit: ut non longius à commemoratum partium nature distendat. Hinc in magno hominum variè temperatorum numero, intemperati cerebri poenas maxime lunt Melancholici, quibus noctes, quæ ferè infomes traducunt vel sterili aquo longiores videntur. Non leuem quoque subit per ætates mutationem cerebrum, deterrimam in senectute, cæteræ mutationes somno non adeo incommodant, ut non dum concoctionis ventriculus, qui paululum adhuc à sua natura deflexit: satius enim patet bona valetudo, cuius damna declarat sola actionum peruersitas. Bene habere cerebrum somnus ille indicio est, minus, insaturatas corporis animique vires sentit: Hoc enim discrepat à sopore, quod cum natura somnum: soporem vel morbus faciat, vel mala ar, à somno nobis melius sit, sopori semper aliqua

QVOD natura sit instituto, ut in somno cerebrum sua sponte comprimat, hoc in sopore violenti quadam accidit, dum nimis vaporum humorumque appulsus inania cerebri spatia se oppleuit, ut occidantur meatus animi, obscuranturque densa caligine spiritus. Sic affectos ne dormire credideris, neque magni vaporum copiam somnum conciliari. Quod si aliquando eueniat, ut exsiccatum, vel ardescens, & à somno prorsus alienum cerebrum, postquam blandis iucundisque vaporibus assatum est, somno aliquem dedat: Hoc tantum prodesse puta vapores ut cerebrum temperent, illud scilicet ad retur, nisi bene temperatum. Tenebræ, nisi post vigilas, ne cerebrum quidem temperatum ad somnum vocant: alioqui cæci perpetuus somnus foret. Desides non facile dormiunt, sed veteros si sunt: illorum ex morbo sopor est. Non salientis quoque sursus somnum facit: sed qui ex ea manat in aerem vapor, ardescens aut feruidum cerebrum madefacit, vel refrigerat: hæc subeuntis intro aeris perfusio: somno temperatum somni meminit, cuius opus est. Musica sotorum dulcedine mulcere dolores dicitur: extincto rei molestia sensu, haudquaquam difficilis bene habenti somnus: Sic Musica somni causa patet sola per se bona cerebri temperies.

Ergo bona Cerebri temperies princeps somni causa.

Proponebat Lutetiæ PETRVS REGNIER, Parisinus. A. R. S. H. M. DC. XLV.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI

M. Guillelmus Petit.
M. Ioannes le Preuss.
M. Nicolai Crespan.

M. Ioannes Conin.
M. Rolandus Merlet.
M. Stephanus le Gaigneur.

M. Petrus Beauvains.
M. Ioannes Texier.
M. Robertus Tulsie.